



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institvtiones Morales

In Qvibus Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1616

35. De peculio seruorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14007

Rom. 3.

furandi aut rapiendi: qua etiam ratione nequaquam seruo licet dominum necare, ut fugiat; immo nec ei vim ullam, aut iniuriam inferre, aut fidem fallere. *Non enim sunt facienda mala, ut veniant bona.* Quare sicut fugere iure non potest, cum illi aliter fuga non patet, nisi dominum occidat: ita etiam ius fugiendi non habet, cum secus fugere nequit, nisi quippiam domino fureretur, aut rapias, spolum enim fuga iure permittitur, non furtum aut rapina; quod si fugerit, ac deinde incet fugiendum nihil habet, quo se ipsum sustentet, tunc perinde est, ac si ad extremam esset egestatem redactus, & licebit ex ijs locis, per quae fugiendo transit, id sibi capere, quod est ad vitam simpliciter necessarium: Nec item arbitror Christiano seruo fas esse, Turcis, & Saracenis, aut a ius Christiani nominis hostibus quippiam furari, aut rapere, hoc est, privata auctoritate quippiam auferre ipsis iniuris, vel incisi, nisi fortassis, quod est ad fugam necessarium: rapina enim, aut furtum est perse malum, nec propterea desinit esse malum, quia Turca, vel Saraceno, aut hosti fureris. Et quamuis Turca, vel Saraceni, Christianorum terras inique possideant, iniustamque bellum aduersus nos gerant: dubitari tamen nequit, quin aliqua bona iuste habeant, ac possideant ex quibus bonis, si illis aliquid surripias, furtum committis. Vnde S. Thom. 2. 2. q. 66. art. 8. ad secundum ait: *In tantum aliqui infideles, res suas iniuste possident, in quantum eas, secundum leges terrenorum Principum amittere iussi sunt: Et ideo ab eis possunt per violentiam subtrahi, non priuata auctoritate, sed publica.* Et Caietanus ibi docet, fas non esse alicui priuata auctoritate furari, vel rapere Turcis, vel Saracenis: *secus vero publica auctoritate, videlicet iure belli, quod quilibet Princeps Christianus, habens auctoritatem indicendi bellum, ut suam Rempublicam defendat, potest illis inferre.* sic ille. Quare non licet seruis Christianis ex huiusmodi bonis clam aliquid capere ut fugiant.

Sed quid faciendum, quando Christianus seruus redierit, & ex bonis Turca, vel Saraceni fuerit aliquid furatus, illudne restituere debet? Respondeo, restituendum esse, si id commode fieri possit: aut certe in vltus pios impendendum, nam alienum nemo retinere vltio iure potest: & cum domino illud reddere commode nequeat, vel quia ignotus est & incertus, vel quia ita longe abest, ut ad eum res sua in tuto nequeat, in pauperes erogari debet, non tam, quia id sit in rem & commodum domini, quam quod Reipublice auctoritate constitutum est, ut res aliena, quae domino restitui non potest, in vltus pauperum impendatur.

Octauo quaeritur, Quot, & quanam seruus domino debeat? Respondeo, in primis debere amorem & beneuolentiam: deinde honorem & reuerentiam: tertio, animum & voluntatem obediens, qua domini iussa exequatur: quarto operas & ministeria, & obsequia: quinto omne lucrum & commodum, vel ex re domini, vel ex suis operis, & labore, & industria partum, vel aliunde, puta donatione acquiritum.

CAP. XXXV.

De peculio seruorum.

Præsentem loco de peculio seruorum agam, ut sciamus quando & quomodo ex obligationibus seruorum domini tenentur actione de peculio.

Libro 1. digestorum titulus primus est de peculio. Porro peculium prisca Romanorum temporibus erat particula quaedam gregis (vnde & nomen accepit) quam patres suis filiis, domini suis seruis Indultra, & diligentiae suae exercendae causa concedebant.

Postea vero peculium dictum est, quod seruus vel filiusfamilias, domini, aut patris permisso, separatim à rationibus dominici, vel paternis habet, deducto inde, si quid domino, aut parenti debetur, l. de positi. ff. de peculio, l. sed si dominum, §. Praeterea: idem ff. eod. tit. Graui humani-

tatis ratione apud Romanos est receptum, ut serui, ac filij familias, quamuis omnino sub potestate essent, nihilque proprium possiderent, haberent tamen aliquid bonorum, permittentibus dominis patrib. in quib. admin. standis specimen edere industriae, & quales essent quandoque futuri in Republica, si sui iuris fierent, probarentur. Egi superius de peculio filiorum, nunc vero de peculio seruorum acturus sum. Porro peculium filiorum est quadruplex l. vlt. C. de inoffic. test. ac peculium seruorum vnius tantum generis est.

Decimo quaeritur, Quidnam leges per peculium seruorum intelligunt? Respondeo, in l. de positi. ff. de deposito, Tuberonem Iuriconsultum sic delisse: *Peculium est, quod seruus domini permisso separatim à rationibus dominici habet, deducto inde, si quid domino debetur.*

Secundo quaeritur, An in peculio serui requiratur domini voluntas expressa, an vero sufficiat tacita? Respondeo, satis esse tacitam, l. non solum. ff. de peculio dicitur: *Non solum id peculium est, quod dominus seruo concessit: verum id quoque, quod ignorante quidem eo acquisitum sit, tamen, si rescisset, passurus erat, ut esset in peculio.* Et l. Quam Tuberonis, §. sunt quidam ff. eod. tit. habetur: *sunt Quidam, qui putant seruum peculium habere non posse, nisi concedente domino, ego autem puto, non esse opus concedi à domino peculium seruum habere, sed non adiri, ut habeat.*

Tercio quaeritur, An sola domini voluntate seruus peculium habere intelligatur, an etiam necessaria sit ad peculium serui, traditio peculij? Respondeo, requiri traditionem, vel ut peculium pro tradito à domino habeatur. *Non statim, ff. de peculio sic legitur: Non statim quod dominus voluit ex re sua peculium esse, peculium fecit. Sed si tradidit, aut cum apud eum esset, pro tradito habuit: desiderat enim res naturalem donationem: & contrario autem simul atque voluit peculium serui, desinit peculium esse.*

Quarto quaeritur, An quae seruus ex parsimonia sua parauit, in peculio censetur? In l. peculium. §. ex eo ff. de peculio, ita habetur: *[Peculium & ex eo constitit, quod parsimonia sua quis parauit, vel meruit à quolibet sibi donari, idque velut proprium patrimonium seruuum habere quis voluit.]*

Quinto quaeritur, An vestimentum quod dominus dedit seruo, in peculio numeretur? In l. id vestimentum ff. de peculio, dicit Pomponius: *Id vestimentum peculij esse incipit, quod ita dedit dominus, ut eo vestitus seruum vti vellet perpetuo, eoque nomine ei tradidit, ne quis alius eo vteretur. Sed quod vestimentum seruo dominus ita dedit, utendum, ut non semper sed ad certum usum, certisque temporibus eo vteretur, voluit cum sequeretur eum, suo caenanti ministraret id vestimentum non est peculij.*

Sexto quaeritur, Quae res possint esse in peculio? In l. Quae Tuberonis §. in peculio, ff. de pecul. ait Vlp. *In peculio autem res esse possunt omnes, & mobiles, & soli. Vicarios quoque in peculium potest habere. Vicario quoque, peculium hoc amplius, & nomina debitorum. Sed etsi quid furti actione seruo debetur, vel nlla actio, in peculio computabitur: hereditas quoque, & legatum, ut Labeo ait sed & id quod dominus debet, sibi in peculio habebit, si forte in dominationes impendit & dominus ei debitor maverit: voluit: aut si debitor eius dominus conuenit. Sed & si quid ei conuenit debet, erit peculij. Si modo ille habet peculium, vel prout habebit. Sic ille.*

Septimo quaeritur, Quis possit constituere, vel habere seruum peculium gerentem, aut administrantem? In l. Licet, §. parui autem ff. de peculio, sic dicit Vlpia: *parui autem refert seruus quis masculi, an mulieris fuerit: nam & de peculio mulier conuenitur. Pater etiam impuberes dominos, de peculio obligari ait: non enim cum ipsi impuberibus contrahitur, ut tutoris auctoritatem spectemus. Idem adicit: pupillum non posse seruo peculium constituere, nec tutoris auctoritate. In serie si quoque curatorem dicimus dandam de peculio actionem: nam & huius seruus peculium habere potest, non si fuerit concessum, ut habeat, sed si non fuerit prohibitum, ne habeat.*

Octauo quaeritur, Quando & Quomodo peculium minuitur, vel finitur? In l. peculium est ff. de pecul. ait Pompon.

serui

serui peculium totum adimere, vel augere, vel minuire dominus potest, In l. peculium nascitur, eod. tit. dicit Marciānus: peculium nascitur, videlicet cum constituitur, & incipit esse; crescit, cum auctum fuit; decrescit, cum serui Vicarij moriuntur, rei intereunt: moritur, cum ademptum est. In l. peculium est, §. ex his apparet, ff. de peculio Pomponius: sed saps, inquit, sit, ut ignorans domino incipiat minus serui peculium, voluti cum damnium domino dat, seruus, aut furctum facit. Si opem ferente seruo meo furctum mihi feceris, id de peculio deducendū est, quod minus non est, videtur concessum. Idem dicitur in l. 1. C. de peculio, dicit Paulus: Libera peculii administratio non permanet, neque in fugitivo, neque in surrepto, neque in eo, de quo nesciat quis vivat, an mortuus sit.

Quid si dominus manumittat seruum habentem peculium? An eo ipso peculium serui finietur? Respondeo, non finiri, nisi dominus cum manumittit, peculium ademerit, intelligitur tacite concessum, l. Stichus ff. de peculio, vbi sic habetur: si Stichus cum manumittit, peculium ademptum non est, videtur concessum. Idem dicitur in l. 1. C. de peculio. Et tunc opere serui manumissi in administratione peculii debentur domino, qui manumissit. Est enim in peculio manumissus seruus veluti procurator & administrator ad negocia peculii gerenda. At si in vltima voluntate dominus seruum peculium habentem manumittat, non intelligitur eo ipso pecuniam concedere, nisi specialiter dederit, & proinde tunc peculium finitur; & ad hæredes defuncti pertinet, l. 1. C. de peculio.

Quid itidem si dominus seruum, cui peculium concesserat, vendiderit, vel alienauerit, an peculium ei adimere tacite videatur? In l. si noxali, §. denique, ff. de peculio dicitur: Denique, Iulianus scribit venditorum, qui seruum cū peculio vendidit, si de peculio conueniatur, non debere deducere, quod sibi dicitur: potest enim hoc ex ratione peculii detrabere, & non condicere quasi indebitū, quoniam non est in peculio quod domino debetur. Sic ibi. Tunc igitur peculium transit in emptorem cū alienato seruo, quando is qui alienauit, vel peculii pretiū accepit vna cum pretio serui, vel donauit gratis peculium, & intra annum potest conueniri a ctione de peculio, l. si ex duobus, §. l. Ex ancillarum, §. si seruus ff. de peculio.

Nono quaeritur, Quāto in peculio esse intelligatur? In l. quod cum eo, qui in aliena est potestate, §. Cum autem, sic habetur: ante deducitur quidquid seruus domino eius qui in potestate eius sit, debet, & quod superest, id solum peculium intelligitur. Idem habetur in l. peculium autem, in principio, ff. de peculio. deducitur igitur ex peculio id, quod seruus dare debet domino, vel ijs qui sunt in potestate eius, vel conseruis & filiis domini. Item id quod debet dare ijs, quorum tutelam, vel curam habet dominus, vel negotia administrat, l. peculium autem, §. praterea ff. de peculio.

Decimo quaeritur, Quam actio dicatur in iure, de peculio. Iulianus in l. quod cum eo, qui in aliena est potestate, §. Praterea, dicit: Actionem de peculio, & actionem de eo, quod in rem domini versum est, esse vnam, duas tamen habere condemnationes: itaq; in dext. apud quem de ea actione agitur, ante dispicere solet, an in rem domini versum sit: nec aliter ad peculii a estimationem transit, quam aut nihil in rem domini versum intelligatur, aut non in totum. Cū autem quaeritur quāto in peculio sit, ante deducitur, quidquid seruus domino, eius qui in potestate eius sit, debet, & quod superest, id solum peculium intelligitur. Sic ille. Ergo actio de peculio est, cum ex obligationibus serui peculium habentis creditores agunt aduersus dominum, quia eū ipsi contraxit vel quasi contraxit seruus, cui dominus peculium concesserat.

Decimo quaeritur, Quo differat actio de peculio, ab aliis actionibus, quæ oriuntur contra dominos ex obligationibus seruorum? Sciendum est, sex esse iuris Ciuilis actiones, quibus agitur contra dominos ex obligationibus seruorum, videlicet Exercitoriam, Infortioriam, Tributariam, De peculio, De in rem verso, & Quod iussu. De his actionibus Infortioriam, Quod cum eo, qui in aliena est potestate, §. Si iussu, §. seqq. & Digestorum lib. 14. primus titulus est, de exercitoria actione, tertius, de infortior. actione, quartus,

de tributoria actione: libro 15, primus titulus est, de peculio, tertius, de in rem verso, quartus, quod iussu.

Exercitoria actio tunc habet locum, cum quis seruum suum nauī præposuerit, & aliquid cum eo eius rei gratia, cui præpositus erit, contractum fuerit. Exercitor enim is appellatur, ad quem quotidianus nauis quæstus pertinet. Infortior. Quod cum eo, qui in aliena est potestate §. eadem ratione.

Infortioria actio dicitur, cum quis tabernæ, aut cuiuslibet negotiationi seruum suum præposuerit, & aliquid cum eo eius rei causa, cui præpositus fuerit, contractum erit. Infortiores enim dicuntur, qui negotiationibus præposuerit: & sunt actiones in solidum contra dominum, Infortior. eod. loco, quem nunc attulimus.

Tributoria actio locum habet, si seruus in peculiari merce, sciente domino, negociatur, & quid eius rei causa cum eo qui in aliena est potestate contractum fuerit. Infortior. Quod cum eo, qui in aliena est potestate, §. Introduxit, §. l. 1. ff. de Tribut. actio. & appellatione mercis intelligitur quælibet negotiatio, vt si dominus seruos suos fallones, sarcinatos, vel textores constituerit, l. 1. ff. de tribut. actio. Et cum dicitur: (Sciente domino) intelligi debet, sciente, vel patiente, hoc est, si sciuerit, & non protestatur, & contradicit. Ita habetur in eod. loco. Et hæc actio datur contra dominum, quo sciente vel patiente negociatur seruus eius, vel alienus, & liber homo, qui ex bona fide seruiat, vel in quo vsum fructum habet, eod. l. 1. ff. de Tribut. actio.

Tributoria vero actio vocatur, quia ipsi domino distributionum ius permittit: nam si quis ex creditoribus queratur quasi minus tributum sit, quam oportuerit, hæc actionem ei iura tribuunt, Infortior. Quod cum eo, qui in aliena est potestate, §. Introduxit.

Actio de peculio tunc locum habet, quando expressa vel tacita voluntate domini seruus peculium habet, & negociatur: tunc enim ex obligationibus serui dominus tenetur, & agitur contra eum non quidem in solidum, sed in tantum, quantum in peculio fuerit, deducto eo, quod seruus domino, vel ei, qui in eius potestate sit, debet. l. 1. ff. de tribut. actio.

Actio de in rem verso, tunc locum habet, quando negotium est gestum cum seruo, etiam sine voluntate domini, sed res est versa in vtilitatem domini, vt cum dominus tantundem præstare debet quantum est in rem eius versum. Infortior. Quod cum eo, qui in aliena est potestate, §. Praterea. In rem autem domini versum intelligitur, quidquid necessario in rem eius seruus impenderit: vt si mutuum pecuniam acceperit, & creditoribus eius soluetit, aut ædificia ruentia falsarit, aut familia fumentum emerit, vel etiam fundum, aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus fuerit: vt tradit in loco proximo allato Iulianus. Nec frustra est huiusmodi actio distincta ab actione de peculio: quoniam si aliquid cum seruo contractum, in rem domini versum fuerit, locum habet hæc actio, etiam si cesserit actio de peculio, & etiam si dominus seruo peculium ademerit, sine dolo malo, aut etiam si morte serui extinctum sit, & annus vtilis præterierit. l. 1. ff. de in rem verso. Vnde si plures agant contra dominum actione de peculio, prodest hæc actio ei creditori, cuius pecunia in rem versa est, vt ipse vberiore actionem habeat. l. modo citata, ff. de in rem verso.

Actio, quod iussu est, cum aduersus dominum in solidum iudicium datur, quia contractum est cum seruo iussu domini, l. 1. ff. Quod iussu. Iussu autem accipiendum est, siue testato, hoc est, coram testibus quis, siue per epistolam, siue verbis, aut per nuntium, siue specialiter in vno contractu iussent, siue generaliter, l. 1. ff. Quod iussu.

Differat autem hæc actio ab actione mandati: quia

mandatum est ad extraneum, iustum vero ad seruum. Item mandatum contrahitur verbis, *rogo, volo, mando, l. 1. ff. mandata*. Iustum vero verbis, *iubeo, impero*. Vnde mandataris sponte obligationem suscipit, seruus necessitate, hoc est, domini imperio cogente. *Gloss. l. in l. 1. ff. Quod iussu*.

Duodecimo quaeritur, Quando nam dominus teneatur actione, Quod iussu? Respondeo, teneri in multis casibus: vt si serui chirographo subscripterit, *l. 1. ff. Quod iussu*. Hoc locum habet, quando contrahitur cum seruo nomine, vel contemplatione domini: secus si amicitia, vel contemplatione serui id fiat. *l. Si pupilli. §. sed si ego ff. de Negor. gest.* si ratum habuerit, quod seruus eius gessit, *l. 1. citata*. Si pupillus dominus iusserit, non tenetur hac actione, nisi auctore tutore iusserit, *l. 1. ff. Quod iussu*. Si curator minoris, furiosus, prodigi iusserit, datur hæc actio. Item, si usufructuarius, vel is qui bona fide seruum habet, iusserit, locum habet hæc actio. *Ibidem*. An dominus iustum reuocare queat, antequam sit cum seruo contractum? Potest, quemadmodum si mandasset, posse reuocare mandatum ante contractum, *l. 1. ff. Quod iussu*.

Quid si iussu meo contractum sit cum alieno seruo, eumque postea redemerim? Non datur actio, Quod iussu, quia ab initio inutilis fuit, & euentu non confirmatur, *l. si tutoris, ff. Quod iussu*. Quid idem si iussu eius, qui administrationi rerum ciuitatis præpositus est, cum seruo ciuitatis contractum fuerit? Agi potest, eum eo actione, Quod iussu, *l. si iussu, ff. Quod iussu*. Si dominus pecuniam mutuum acceperit, vel contractus principaliter per seipsum iusserit suo seruo pecuniam numerari, non habet contra eum locum actio quod iussu, *l. si dominus, ff. Quod iussu*. Item si vnus ex seruis domini iussu contrahi cõco, is solus tenebitur: sed si duo iusserint, eum quouis in solidum agi potest, quia similes sunt duobus mandantibus, qui tenentur in solidum, sicut & fideiussores plures, *l. Creditor, §. Duobus, ff. mandati, & Insti. de fideiussor. §. Si plures*.

Decimotertio quaeritur, Quando aliquid contractum cum seruo, in rem domini versem tenetur? In l. 3. §. *In rem ff. De in rem verso*, habetur: si seruus mutuos nummos acceperit, vt frumentum compararet ad familiam alendam, vel vestimenta ad eam vestendam. Si prius in peculium verit pecuniam, quam mutuum accepit, & postea in rem domini conuertit, huiusmodi actio contra dominum datur. Item si seruus ita consumpsit, vt rem dominus meliorem haberet, aut non deteriori, *l. in rem ff. De in rem verso*, vt si aleret, & visitaret secundum consuetudinem domini, id est, vt que ad eum modum, quem dominus ei præstare consueuerat. Si ædem vero Domini exornauit rectoris, & quibusdam aliis, quæ magis ad voluptatem, quam ad utilitatem spectant, non videtur in rem domini versum, nec debet ex eo onerari dominus, quod ipse facturus non esset: at paritane dominus debet creditorem hoc auferre sine domus suæ detrimento, ne cogendus sit dominus vendere domum, vt quanti pretiosior facta est, id præstet, *l. 3. §. Si in rem, ff. De in rem verso*. Item si seruus mutuos nummos à me, aliis eos crediderit, tenetur dominus de in rem verso, quod nomen debito is ei acquisitum sit. *Ibidem*. Item si mutuos seruus mutuos, domino emittenti ad luxuriam materiam, vt quæ forte, vel si quid ad delicias, vel ad turpes sumptus subministravit: neque eam spectamus, an bono domini accesserit, quod consumptum est, sed in negotium domini. *Ibidem*. Quid si frumentum comparauit letius ad alendam familiam, & in horreo domini reponit, & hoc perit, vel corruptum est, vel arsit? Nihilominus est in rem domini versum. *Ibidem*. Idem iuris est, si seruus domino necessarium seruum emerit, usque deceaserit, vel iustitiam fulserit, eaq; ruerit. *Ibidem*.

Quid idem si seruus accepit quasi in rem domini vertere, nec verit, & creditorem deceperit? Non videtur in rem domini versum, nec tenetur dominus: nec credulitas creditoris domino obest, vel calliditas serui noceret. *l.*

Quid tamen si is seruus, qui solutus erat, accipiens vertere in rem domini? Non nocet dominus si alia mente seruus accepit, aut si cum hac mente accepisset, postea alio verit. Curiosus igitur debet esse creditor, quo veritatur. *l. in l. 3. citata, §. In rem ad finem*.

Si quaeras, Quid dicendum, si seruus res non necessarias domino emerit, veluti seruus? Respondeo dari actionem de in rem verso, quatenus seruorum veterum pretium faciat, cum si necessarias emerit, in solidum, quanto venissent, tenetur, *l. si res ff. de in rem verso*.

Insuper si odores & vuguenta seruus emerit, & ad funus domini erogauerit, in rem domini vertisse dicitur seruus, *l. Et iteo, §. Illud ff. De in rem verso*.

Seruus in rem domini mutuat pecuniam, sine culpa eam perdidit, nihilominus cum domino potest agi, de in rem verso, *l. seruus ff. de in rem verso*: quemadmodum si procurator in negotia domini impensurus pecuniam mutuat, sine culpa amisisset. Si Titii seruum putans, qui erat Sempronii, dederit mutuum pecuniam quis, ne occideretur seruus, vel vt aleret, aut verteret, versa in rem Sempronii videtur, *l. Si pupilli, §. Si Titii, ff. de negot. gestis*.

C A P. XXXVI.

De stipulatione seruorum.

Libro 41. titulus 3. ordine est de stipulatione seruorum, vt Lex iure ipso sciri possit quid, quando & quomodo domino seruus acquiratur. Vnde, qui etiam apud Christianos serui sunt, vt Æthiopes, & Turca, vel Saraceni bello iusto capti, aut erepti, aut ex ancillis nati. Ideo dicendum mihi de stipulatione seruorum, hoc est, Quid, Quando, & Quomodo seruus pacificando, vel stipulando domino acquiratur.

Primo quaeritur, An seruus, qui dicitur mancipium, aliquid suum habeat. Sotus lib. 4. de iustitia, q. 2. art. 2. conclus. 3. censet, mancipia Christianorum iure belli capta, aliquid suum secum consentiam habere, videlicet id, quod sibi donatum acceperunt, vel hereditatio iure; vel ex lucro licito comparauerunt, quoniam, inquit, huiusmodi seruis non est ita restringenda, vt hoc denegetur huiusmodi seruis. *l. in rem ff. De in rem verso*, vt si aleret, & visitaret secundum consuetudinem domini, id est, vt que ad eum modum, quem dominus ei præstare consueuerat. Si ædem vero Domini exornauit rectoris, & quibusdam aliis, quæ magis ad voluptatem, quam ad utilitatem spectant, non videtur in rem domini versum, nec debet ex eo onerari dominus, quod ipse facturus non esset: at paritane dominus debet creditorem hoc auferre sine domus suæ detrimento, ne cogendus sit dominus vendere domum, vt quanti pretiosior facta est, id præstet, *l. 3. §. Si in rem, ff. De in rem verso*. Item si seruus mutuos nummos à me, aliis eos crediderit, tenetur dominus de in rem verso, quod nomen debito is ei acquisitum sit. *Ibidem*. Item si mutuos seruus mutuos, domino emittenti ad luxuriam materiam, vt quæ forte, vel si quid ad delicias, vel ad turpes sumptus subministravit: neque eam spectamus, an bono domini accesserit, quod consumptum est, sed in negotium domini. *Ibidem*. Quid si frumentum comparauit letius ad alendam familiam, & in horreo domini reponit, & hoc perit, vel corruptum est, vel arsit? Nihilominus est in rem domini versum. *Ibidem*. Idem iuris est, si seruus domino necessarium seruum emerit, usque deceaserit, vel iustitiam fulserit, eaq; ruerit. *Ibidem*.

Alii vero cum his consentiunt in eo, quod spectat ad seruos iure belli seruitutem redactos. Quod autem attinet ad emptos, distinguunt, si se vendiderint, & omnia iura sua, & quicquid in posterum acquisierint, nihil suum habere queunt. Si vero tantum se & operas suas vendiderint, domino acquirunt, quicquid ex suis operis lucrifecerint: sibi vero, quicquid acquisierint legato, testamento, donatione, vel iure hereditario, vel iure honesto, immo etiam quicquid post expletas operas, quas domino debent, labore suo & industria comparauerint. Mihi quidem ista minime probantur: nam cum leges, quæ de hac re iure civili constitutæ sunt, iustæ fuerint, videntur leuissimum conscientiam locum habere: quare iuxta earum præscriptum iudicandum existimo.

In primis igitur si dominus cum seruo pacificatur, vt singulis annis, mensibus, hebdomadis, vel diebus ipsi certum quid ex suis operis soluat, reliquum sibi retineat & seruet: tum quod seruus vtra id, quod cum domino pactus est, ex suis operis lucratus fuerit, vt suū habeat: quoniam quamuis inter dominum & seruum civilis aliqua obligatio non subsistat; subsistit tamen naturalis, quæ